Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



holocaustum habent quia in uirtutibus testimonium no
ui quasi per holocaustum omnia incendimus quando
omnibus que huius mundi sunt renunciamus.
Mensae ueris porte exterioris sacrificium habent
sed holocaustum non habent. quia precepta legalia
decimas offerri iubent. sed dimittere omnia non iu
bent; De interioris autem uestibuli quattuor mensas
dicitur ut immolentur super eas holocaustum et pro peccato
et pro delicto; hoc et enim inter peccatum et inter
delictum distat. Quod peccatum est mala facere
delictum uero est bona derelinquere que summo
pere sunt tenenda. ut cesse peccatum in opere est
delictum in cogitatione; Recte ergo in interioris
porte quattuor mensis. immolatur holocaustum et
pro peccato et pro delicto quia quicumque potuerint hoc
presens seculum plene contempnere et derelinquere
omnia. semetipsum domino holocaustum dare. ipse iam
perfecte nouit et peccata operis plangere et pec
cata cogitationis: ut quod malum fecit. ut quod debu
it facere bonum quod non fecit; Qui enim totum dimi
sit culpas suas in fletibus iam liberius conspicit;
Cumque ei mentem terrena cura non prepedit pro opere